



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 10. Sessio VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

§. X.

A. C. 1439.

*Sessio octava Florentini Concilii.**Labbe Conc.*
to. 13. p. 378.

Itaque solus Joannes Dominicanorum Provincialis in Sessione octava, quæ Sabbato die vigesima prima Martii habebatur, comparuit, hunc in modum exorsus: *Vellem, hic esset Marcus Ephesus coram nobiscum adesset in hac Sessione, ut doctorum suorum solutiones audiret, sed cum vincere desperaret, sua eum fuga victum declarat.* Imperator Joannem interruptum exposuit, Græci hodierna die nequaquam ad disputandum venerunt, sed unice, ut Latinorum votis satisficerent, & pacta mutuo conventa adimplerent, hancque ob causam Marcus Ephesus comparere noluit; idcirco in hac sessione solis Latinis dicendi copia fiet. Græci vero nullam omnino responsionem dabunt. Ergo Joannes interruptum persecutus sermonem denuo sancti Basilii doctrinam explanavit, docentis, *Spiritus sanctum habere suum esse a Filio, sicut a Patre, & nihilominus Patrem unam causam esse Filii & Spiritus sancti, ut principiter a Patre Filius producat Spiritum sanctum.* Hanc in rem allegavit illa Evangelii verba: *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit &c. Joan. c. 15.* Ubi voci illi, *mittam*, fortiter institit, &

EUC

sent
Pap
Hic
trib
bor

Fe

na,
di o
disp
sessi
arti
sua
xæ
test
me
qu
cul
go
& c
ca
per
qua
ad
bili
ret
vit
Gra
A
fent

sententiam suam pluribus ex S. Leone ^{Sæcul. XV.}
 Papa, S. Gregorio, S. Ambrosio, Sancto ^{A. C. 1439.}
 Hieronymo, S. Augustino, aliisque Pa-
 tribus allatis testimoniis strenue corro-
 boravit. His peractis Sessio soluta est.

§. XI.

Sessio IX. Concilii Florentini.

Feria tertia die vigesima quarta Martii ^{Labbe Conc.}
 habita est Sessio inter Florentinas no-^{to. 13. p. 382.}
 na, in qua denuo Joannes solus differen-
 di copiam habuit, & quidem postremo
 disputare auditus est; absoluta enim hac
 sessione in nulla alia de controversis istis
 articulis actum est, Græcis paulo post ad
 sua remeantibus. Ipse vero Orthodo-
 xæ fidei veritatem rursus novæ legis
 testimoniis pro viribus propugnavit, maxi-
 me secutus explanationes omnium anti-
 quorum Ecclesiæ Doctorum, qui in sæ-
 culis III. IV. & V. floruerunt, proin lon-
 go intervallo Photii schisma antecesserunt,
 & quorum doctrinam ipsa Ecclesia Græ-
 ca tanquam apprime orthodoxam sem-
 per venerata est. Postmodum cuncta,
 quæ in præcedentibus disputationibus
 ad impugnandum dogma tam solide sta-
 bilitum attulerant, ordine suo distincte
 retulit, ac invictis argumentis confuta-
 vit, manifeste demonstrans, inter omnes
 Græcos Patres, qui de Processione Spiri-
Hist. Eccles. Tom. XXVII. E e tus